



Christiana confessio de coena Domini exhibita nuper quibusdam theologis a Iohanne Candido.

<https://hdl.handle.net/1874/420907>

CHRISTI=
ANA CONFESSIO DE
COENA DOMINI EXHIBITA
NUPER QVIBVS DAM
THEOLOGIS.

A

JOHANNE CANDIDO. *et refij*

CHORIAMBICVM EIVSDEM.

Nobis recta placent quæ rationibus
Nituntur solidis, falsa refellimus.
Argumenta locum iure uel optimo
Dant humana sacris omnia literis.
Hinc nobis etiam cura patrum dedit
Doctrinam fidei non uiolabilem.
Quam præclara tenet Christe domus tua,
Olim structa super te stabilem petram.

ANNO DOMINI.

1560.

CHRISTI=

ANIS LECTORIBVS

JOHANNES CANDIDVS.

S. D.



VM tam perspicua
veritas aures & cor-
da hominum feriat
hoc nostro tempore,
tanta quodam male
consuetudinis uora-
go submersit, ut om-
nibus autoritatibus
& rationibus resistere
quam consentire
malint. Nihil autem plausibilius habent specie &
nomine pacis, & pulchra opinione uiratatis quam
prætendunt. Sed quis ambigat eam solam Eccle-
siæ atque Euangeliorum uicinam pacem esse, qua
Christi est? quam ad Apostolos post passionis suæ
gloriam est locutus? quam ad æterni mandati sui
pignus commendauit abiturus? Hanc nos fratres
dilectissimi, & amissam querere, & turbatam com-
ponere, & repertam tenere curauimus.


Hilarins
lib. contra
Ante*tū*. Sed huius ipsius temporis nostri peccata non
meruerunt, nec imminentis Antichristi præuij mi-
nistrique sunt passi, qui pace sua, id est, impietatis
suae unitate se iactant, agentes se non ut Christi
Episcopos, sed Antichristi sacerdotes, Ac ne male-
dictis verbis in eos uti conuicti arguamur,
cauana

Causam perditionis publicat, ne cuiquam ignorata sit, non tacemus. Antichristos plures esse, etiam Iohanne Apostolo prædicante, cognouimus. **QVIS QVIS ENIM CHRISTVM, QVALIS AB APOSTOLIS EST PRAEDICATVS, NEGAVIT, ANTICHRISTVS EST.** Nominis Antichristi proprietas est, Christo esse cōtrarium. Vos autem Christiani lectores, ex canonica scriptura & probatis morū, post Apostolos, Ecclesię Christi Doctrinū testimonijs, quæ deinceps sequētur, iudicate, cur tali uos epistolio sim allocutus, & cogitate pie doctis hominibus haudquam tacendum esse, ubi corrumptar doctrina à Deo tradita, & prauis opinionibus in mendacium conuertitur diuinā veritas. Porrò quatuor duntaxat articulis, iuuante Christo, expediā quicquid restat.

Valete igitur
feliciter.



PRIMO ARTICVL
DOCETVR QYOD CHRISTI
CORPV S NON SIT
VBIQVE.



JOHANNES Apo-
stolus non ueretur di-
cere: Verbum caro
factum est. Et Paulus
Christum dicit esse
factum ex semine Da-
uidis. Et rursum: Mi-
sit Deus filium suum
factum ex muliere,
factum sub lege &c. factus est igitur homo prop-
ter nos homines, quos creaturas appellabat, cum
diceret Apostolis: Ite in mundum uniuersum, &
prædicate Euangelium omni creature. Sequitur
ergo & ipsum; quatenus homo est, esse creaturam.
Ideò Diuus Augustinus in sermone natalitio sic ait:
Admirabile mysterium, quia creator mundi uoluit
esse creatura. Rursus enarrans Christi sermonem in
monte habitum: Voluit esse, inquit, creatura, qui est
creator. Idem epist. 57. Proinde quod ad uerbum
attinet, creator est Christus: omnia enim per ipsū
facta sunt: quod uero ad hominem, creatura est Chri-
stus. Liberius etiam Diuus Hieronymus edidierens
eum Pauli locū, qui est in epistola ad Ephesios ca-
2. Ipsius enim sumus factura, inquit, creati in Chri-

sto Iesu. Et quia semel ad nomine creature uenimus,
et Sapientia in Proverbiis Salomonis dicit se crea-
ta initium uiarum Dei, multiq; timore, ne Christū
creature dicere compellantur, totū Christi my= Notate
sterium negant, et dicunt non Christum in hac sa= pientia, sed mundi sapientiam significari: nos libe= re proclaimamus, non esse periculum cum dicere
creature, quem uermem et hominem et cruci= fixum et maledictionem tota spei nostrae fiducia
profitemur, maxime cum ex duobus uersiculis qui
precedunt ipsa Sapientia promittat se esse dictura
qua post secula sunt. Cum autem Christus secula fe-
cerit, et qua deinceps loquitur, ea sunt qua post se-
cula dicturam se esse promiserat, ad incarnationis
mysterium, non ad naturam Dei referenda sunt
qua sequuntur. Hactenus Hieronymus. Audim⁹ itaq;
Christum, quatenus incarnatus est, creaturā recte
dici, et eos qui sic non sentiunt, totum Christi my-
sterium negare, quod et beatus Cyrillus agnouit ad
Successum Isaurie Episcopum ita scribens: Impossi-
bile est in Deitatis essentiam uel naturam aliquid
creature posse conuerteri. Est autem creature
etiam caro. Ideoq; diuinū quidem dicimus corpus
Christi: quia corpus est Dei, et ineffabili gloria il-
lustratum, incorruptibile et iam sanctum atq; ui-
sificum confitemur. Quod autem in naturam Dei
tatis sit cōmutatum, neq; sanctorum patrum quis-
quam sensit aut docuit, neq; nos ita sentimus. Hec
Beatus Cyrillus, cui Theodoreetus Cyrensis Epis-
copus copiose subscripsit in Dialogo $\alpha\sigma\upsilon\gamma\chi\tau\omega$

id est, inconfuso. Breue testimoniu illius subiiciam,
ubi de Christo sic ait: Didici a sanctis Angelis, quod
ueniet eo modo quo uiderunt ipsum discipuli eunte
in coelum. Viderunt autem naturam circumscri-
ptam, non eam que circumscribi non potest. Ante
hos omnes Doctores ita scripsit Didymus lib. i. de
Spirit. S. & quidem Hieronymo interprete: Ipse
Spiritus Sanctus, si unus de creaturis esset, saltē cir-
cumscriptam haberet substantiam, sicut uniuersa
que facta sunt.

Hinc ita colligimus:

Vniuersa que facta sunt, circumscriptam habet
substantiam. Christus est homo factus ex semine
Dauidis. Ergo idem Christus homo circumscri-
ptam habet substantiam.

Item,

Nulla creatura est ubiq;

Nam id solius Dei est, seu diuinæ naturæ.
At uerum et naturale corpus Christi est creatura.
Vt huc usq; demonstratum est,
Ergo uerū et naturale corpus Christi nō est ubiq;

Rursus ita colligimus:

Quicquid in multis locis est simul, est Deus.
Verum & naturale corpus Christi non est Deus,
sed creatura. Ergo uerum & naturale corpus
Christi non est simul in multis locis.

Huc facit quod ipse Christus aperte fatebatur.
Lazarum esse mortuum quando ibi non erat. Et
Angelus post resurrectionē dixit mulieribus: Surre-
xit, non est hic. Et rursus: Præcedet uos in Galil-

Izam

lēā. Item: Sublatus est ex oculis eorum, cum in cœ-
lum ascenderet, quem quidem, teste Petro, oportet
cœlum accipere, usq; in tempora restitutioñis om-
num. Nam si esset in terra, ne sacerdos quidem es-
set, ut inquit Apostolus ad Hebræos ca. 8. Ideo Be-
tus Cyrillus ait: Credere autē oportet fideles, quā-
uis à nobis corpore absit (Christus) uirtute tamen
sua omnia et nos gubernari, adeſſeq; semper ipsum In Iohan.
omnibus qui eum diligunt. Propterea dicebat: Am̄c li.9.ca. 21.
dico uobis, ubiq; sunt duo uel tres congregati in
nomine meo, ibi sum in medio eorum. Porrò quic-
quid hactenus adduxi, confirmat etiam D. Philip-
pus Melanthon in postremo commentario episto-
læ ad Coloſſ. ca. 3. Vbi multa de hoc primo articu-
lo diſseruit Vigilius Martyr, tandem sic ait: Hæc est
fides & confessio Catholica, quam Apostoli tradi-
derunt. Martyres roborauerunt, & fideles nunc
usq; custodiunt. Hinc ita concludimus:

Quicquid docetur contra fidem & confessio-
nem Catholicam, certum est à Diabolo proficiſci.

Opinio illa que dicit: quod Christi corpus fit
ubiq;, docetur contra fidē et cōfessionē Catholicā.

Ergo certum est eandem opinionem à Diabolo
proficiſci, & illius assertores Christum, qualis ab
Apostolis prædicatus est, negare, ideoq; Antichri-
stos eſſe, orthodoxorum patrum iudicio.

Cōtra Eu-
tych.li. 4.

SECVNDO ARTICVL O DOCETVR, ESVM
ac potum veri corporis & sanguinis Domini
spiritualem esse.

A iiiij vt

Ex 10 arti.

Ex 12. Art.

Cap. 26.

D. Lut. in
epist. Pau.
ad Titum
2. cap.

VT nunc uerbis utamur Confessionis Augu-
stanæ, credimus quod cum pane & uino
exhibeantur uerè corpus & sanguis Chri-
sti uescientibus in Coena Domini: præterea quod Sa-
cramenta instituta sunt, non modò ut sine notæ pro-
fessionis nostræ, sed multò magis, ut sine signa &
testimonia uoluntatis diuinae erga nos, proposita ad
excitandam et confirmandam fidem in his qui eis
utuntur. Fide enim accipimus promissam gratiam
quam Sacramenta significant, & Spiritum sanctum.
Hactenus uerba Confessionis. Quemadmodum igit
tur exterior homo in hac tam augusta actione ha-
bet quod recipiat: ita credimus interiorem hominē
habere, quod uera etiā fide percipiatur, ipsum uideli-
cet Corpus pro nobis datum, & uerum sanguinem
pro nobis effusum. Porro uerba edendi atq; biben-
di, à corpore transferre ad animum, usitatum in sa-
cris literis constat. De sapientia legitur: Qui ede-
rit me adhuc esuriet: et qui me biberit, adhuc sitiet.
Verbum Dei cibus est, quem qui comedit, adhuc ma-
gis esurit, ut in Esaïa scripsit D. Lutherus. Hic idē
in eo sermone, quæ de Christi uerbis: Caro mea ue-
rè est cibus etc. edidit: sic ait: Dominus postea dicit:
Caro non prodest quicquam. Et rursum: Caro mea
dat uitam. Qua ratione uero hæc discernemus? Spi-
ritus discernit: Christus enim corporalem carnis
mandationem non prodeſſe dicit, sed si filij Dei
carnem propter me cœlitus descendisse & sanguis-
nem suum pro me effudiſſe credam. Hec D. Luthe-
rus, qui in concione natalitia sic ait: CHRISTVS
TIBI

TIBI NON DATVR IN MANVM, NON IN
ARCAM, NON IN SINVM, NON IN OS: sed
solis Euangelij uerbis, per aures cordi offertur, ut
qui semetipsum prote ac tua iniustitia tradiderit.

Q' ARE NEQ' VE ALIA RATIONE Q' YAM
CORDE IPSVM POTERIS SVSCIPERE. Sub Capite. 6.

scribit D. Lutheru Philippus Melanthon hoc modo
in Iohannem: Verbo manducatur Christus, ideoq;
fide, non carnali esu. Per longum foret hic allegare
testimonia Tertulliani, Cypriani et aliorum huic
orthodoxae institutioni consentanea, iam dudu à do-
ctissimis Theologis collecta et edita. Proinde quā
ta possumus uoce testificamur et proclamamus cū
Diuo Augustino: Christum fas uorari dentibus non
esse. Cum D. Philippo: Christum uerbo et religiosa
fide, non carnali esu manducari. Cum D. Lutheru:
Corporalem carnis Christi manducationē non pro-
deſſe, Christumq; ipsum alia ratione quam corde
ſuscipi non posse. Cum Beato Cyrillo: Sacramentū
fidelium non statuere ἀνθρωποφαγίαν, homi-
nis manducationem, adigens insanè et irreligioſe
mentes fidelium ad craſtas cogitationes, sed ad ea
potius inducere, quæ ſyncera et in exquisita fide
capiuntur.

In uerbis igitur Cenæ Dominicæ cum orthodo-
xis patribus Sacramentalem loquendi modū agnos-
cimus, ubi dominus rei signatæ nomē, signo tribuit,
nō ideò tantu q; sit figura: sed multo magis q; a sym-
bolum fit quo res exhibetur. Quæadmodum enim
uerè Deus erat et habitabat in medio populi sui, li-

et localiter non esset propitiatorio inclusus: Et ut
revera regnum dabant et sacerdotium, Prophetar
diq; munus per unctionis symbolum, licet nec regna
nec sacerdotia, nec Propheticus Spiritus localiter
in oleo fuerint. Et Ieroboam uerè accipiebat decē
tribuū regnum, licet in decem pallijs partibus loca
liter non esset. Et quemadmodum Christus revera
benevolentiam suam per externam manus imposui
onem pueris et ægrotis dabant, tametsi in manibus
illa localiter non comprehendenderetur: spiritumq;
suum uerè largiebatur, tametsi flatu oris localiter
nō esset circumscriptus. Et ut per Baptismum indu
bitanter exhibetur peccatorum remissio, etiam si
sub aqua localiter nō includatur: ita in Cœna Chri
stus revera cum pane et uino, tanquā externis sym
bolis, corpus suum ac sanguinē exhibit, tametsi lo
caliter in illis non comprehendatur. Nec timendum
est quod talis aliqua carnis cogitatio discipulis in
mentem uenerit, uidentibus Christum ante faciem
suam sedentem ac loquentem. Atq; ista corporis et
sanguinis Christi exhibitio, ut tum in Cœna illa pri
ma nihil demebat ueritati corporis humani: ita nec
hodie demit, manet enim etiam hodie ueritas huma
nae naturæ in Christo, ut orthodoxi patres olim ad
uersus hæreticos copiose demonstrarunt. Rectè igi
tur ante annos mille scripsit insignis ille Doctor
Ecclesiæ Theodoretus, Beati Cyrilli coætancus in
ægypto: Christus Dominus noster, qui naturale
corpus suum frumentum et panem uocauit: atq;
item uitem scipsum nominauit, idem ipse etiam ea
que

quæ uidentur symbola corporis & sanguinis sui appellatione honorauit, non equidem naturam ipsam transmutans, sed adiiciens gratiam naturæ.

Hec est autem integra sacræ Cœnæ ueritas, ut Christus nos inserendo in corpus suum, non modo participes faciat corporis et sanguinis sui, sed uitia, cuius in ipso residet plenitudo, in nos inspiret: quia non aliud in finem comeditur eius caro, nisi ut sit iuifica. Doctrinam hanc per mille Papistas cōuelere Satan frustra molietur.

Commentum uero quod ex eis quidā obtrudunt pro genuino sensu: Hoc est corpus meum quod prouobis in pane frangitur uel distribuitur, nihil aliud quam beluina profanatio est, quæ pījs omnibus exercitabiles eos reddit cum suo errore, quem aliter tueri nequeunt, nisi omnia peruertero. Tragicè uociferatur de nomine noviciorum, sed sine ulla illata causa. Participationem significat, Quid tum? Nam si inde colligant substantialiter comedи Christi corpus, uicissim dicemus sacerdotes substantiā altaris deuorasse, & substantialiter etiam deglutiri idolū à suis cultoribus, quando in utroq; noviciorum statuit Paulus eodem loco. Turpe profecto & miserū est Christianos nescire, quomodo sanctificatus in Coena Dñica panis & calix sit corpus & sanguis Domini, seu nouum testamentum in sanguine eius, cū Iudei sciāt quomodo circumcisio sit foedus Domini, & aūs ille agnus sit transitus Domini. Sed haec turpitudo & miseria debetur indoctis hypocritis, qui Christū, qualis ab apostolis est prædicatus negat.

negarunt, ideoq; (orthodoxorum patrum iudicio)
Antichristi sunt. Proinde hunc articulum concludi
mus ut priorem:

Quicquid contra mentem Christi docetur, à
spiritu maligno suggeritur.

Opinio illa quæ dicit, quod uerū et naturale cor-
pus Christi corporeo edatur ore, contra mentem
Christi docetur, quod etiam in Methodo probauit.

Ergo eadem opinio à spiritu maligno suggeritur.

TERTIO ARTICULO DOCETVR, INFIDE-
les non esse capaces ueri corporis &
sanguinis Domini.

August. de
Ciuit. Dei
lib. 21. cap.
26.

Io. 6. et 15.

Tract. 26.
in Iohan.

Nam de talibus in sacra Cœna panem et cā-
licem Domini sumentibus profitemur, qd'
ibi corpus & sanguinem Christi Sacramē-
tum tenus accipient, non autem reuera. Dixit enim
Dominus: Qui edit meā carnem & bilit meū san-
guinē, in me manet & ego in illo, quod certè de im-
pio dici nō potest. Et rursum: Si quis in me non mā-
serit, electus est foras. Hæc est grauiſſima cōmīda-
tio ad hypocritas, qui doctrinæ curā nō ſuſcipiūt,
qd' fide excidant, amittantq; Spiritū Christi, &
a uinitore cœlesti iam excisi ſint ex corpore Christi,
& electi extra Ecclesiā. De huiusmodi hominibus
cum Diuo Augustino conſtanter affirmamus, quod
nec ſpiritualiter edant carnem Christi, nec bibant
eius sanguinem, licet carnaliter & uisibiliter pre-
mant dentibus Sacramentū corporis & sanguinis
Christi

Christi. Affirmavit hoc etiam D. Lutherus, ubi exponet hæc uerba Christi: caro mea uerè est cibus, In postilla &c. confidenter dixit, illa cō tendere, quod Sacra- mentum indignè sumi potest: sed hic cibus (inquit) de quo hic Dominus loquitur, nunquam indignè accipi poterit. Item: Christus nihil habet cum quoquā impiorū commune. Et rursus: Nemo potest Christū sumere aut recipere, nisi credat. Itē: Ne cogites nudum ipsum aduenire, aut uacuum: ad fert secum uitā, spiritum, & omnino quæcumq; ipse est. In summa: Nemo impius cōmunicat Ecclesiæ fructibus & donis. Hæ disertissimæ assertiones D. Lutheri conueniunt scripturæ diuinitus inspiratæ, & illustribus orthodoxorū Patrum testimonijs.

Quare hanc articulū ita concludo: Escā uitæ accipit, & eternitatis poculū bilit, qui in Christo manet, & cuius Christus habitator est. Nā qui discordat à Christo, nec carnē Christi manducat, nec sanguinem bilit, etiamsi tantæ rei Sacramentū ad iudicium sue presumptionis quotidie indifferenter accipiat. Hæc sententia citatur etiā in decretis. de Confess. dist. 2. Cap. Qui discordat.

Quidā stulte uociferantur, impios mensie Domini cornuas non dicendos fuisse reos corporis & sanguinis Domini, cuius reuera non fuissent participes: quasi uero impia illa multitudo quæ clamitat: Sanguis eius super nos & super filios nostros, rea non fuerit corporis & sanguinis Domini, sicut omnes inimici Christi & cōséptores Euāgelijs, de quibus legantur uerba Apostoli ad Hebreos. ca. 6. & 10. Ad hanc his adhuc aliquid propter quosdā

maiore.

Super hæc uerba:

Ecce positi-

tus est hic

In summa

Euāgelijs

j. D. Aduēt.

In epist.

Pauli ad

Tit. 2. cap.

D. Luth. in

Esa. ca. 63.

Ex lib. sen-

ten. Prosp.

ineptos : Quemadmodum Christus Dñus Deus
noster sermonis sui capaces esse impios negat, quia
malitia obstructos habeat animos, ne quid sanii ad
mittant: ita ueri corporis & sanguinis Christi ca-
paces esse impios negamus, & sophista illius teme-
ritatem detestamur, qui ex eo quod Pater omne in
dictum dedit filio, assueuauit impios in sacra Cœna
edere carnem filij Dei, quia edant iudicium. Nihil
enim hic cohæret, & in priore dicto iudicium signi-
ficat sumnum imperium & autoritatem iudicari
di uniuersos: in posteriore autem significat conde-
mnationem & pœnam.

Iohann. 6.

Qui huic sane doctrinæ pertinaciter contradic-
cunt, eos Christum, qualis ab Apostolis est prædica-
tus, negare arbitramur, & ideo Antichristos esse
non dubitamus. Nobiscum facit et hæc præclaræ
D. Lutheri sententia : O fides, fides, quam difficile
intras in cor hominis, & est tamē ille supra modum
felix ac longè beatissimus homo, qui credit. Quid
ita uero? Est enim, Christo hic dicente, habitaculæ
ten. script. ac palatium diuinæ ac æternæ maiestatis. Econtra-
est ille proculdubio (qui non credit) Satanae lutulæ
ta palus ac sordidissima cloaca. Hæc ille.

Apud ueteres celebre fuit hoc elogium Coene
Domini, O sacrum coniuuium, in quo Christus sumi-
tur &c. Nam qui Christum habet, is Deum ipsum
habet, cum omnibus suis donis & bonis. Sumitur
autem à solis fidelibus, pijs ac bonis, non ab infi-
delibus, impijs & malis, quod et sic optimè probatur:
2. Reg. 15. Deus recedit ab ijs qui conueniunt herbū ipsum.
26. 28. Neq;

Neq; enim is deus est cui placeat
impietas, cui familiares sint mali. } Psalm. 5.
Procul est Dominus ab impiis. } Ergo nō pos-
Qui in tenebris abulāt, nō habent } sunt eum in Prover. 15.
noī vici & cum eo. } sacra Cœna 1. Iohann. 1.
Omnes qui transgrediūtur & nō sumere. } 1. Iohann. 1.
manent in doctrina Christi, Dcū } Ioā. epi 2.
non habent.
Christus nihil habet cum quoquā } D. Luth. ut
impiorum commune. } supra.

Porrò Christi potentia & Diaboli, facile à no- } Idem in
bis ex fructibus agnoscitur, Etenim Christus fortis } Euangeliō
or est Diabolo, 1. Iohann. 4. et lux nullam habet cō- } Dom. oculi
munionem cum tenebris, nec Christus cum Belial, } li. Luc. 11.
nec fidelis cū infideli. 2. Cor. 6. Hæc est fides et cō-
fessio Ecclesiæ Dei uiuentis, quam Paulus Aposto- }
lus columnam & stabilimentū ueritatis appellat. }
Hæc est quæ uerum Dei cultū retinet. Hic est fons }
ueritatis. Hoc est domicilium fidei. Hoc templum }
Dei: quò si quis non intrauerit, uel à quo si quis exi- }
uerit, à spē uitæ ac salutis æternæ alienus est, ut an- }
te annos mille ducentos ad Cōstantinum Magnum }
scripsit Lactantius Firmianus. Dictum sat est sapi- }
entibus.

QVARTO ARTICVLO DOCETVR, QVOD
Deus qui super creaturam est, non possit
per creaturam in nostrum domi- }
cillum induci.

Hoc

HOC est opus Dei patris, ut credamus in eum quem misit ille. Et quis est quem pater misit? nempe quem signauit Deus. Et quis est quem signauit Deus? Filius utique hominis, escam scilicet praebens uita eternae. Qui tandem sunt quibus praebet eam? Illi namque qui operabuntur escam non intercuntur. Haec scripsit ante annos mille ducentos probatissimus Ecclesiae Doctor apud Gallos Diuus Hilarius lib. 8. de Trin. cui prorsum astipulatur Chrysostomus, ubi in Matt. Homil. 83. sic loquitur de Christo: Nam si ad naturam nostram descendit, patet quoniam ad omnes, et ad unumquemque profecto. Sed cur non omnes inde lucrum consecuti sunt inquires? Id certe non illius causa, qui maxime hoc operat, accidit: sed eorum culpa qui cum suspicere nolunt. Singulis enim fidelibus per hoc mysterium se coniungit: et quos peperit, non alij nutriendost tradit, sed ipse studiosissime alit. Ergo Christus dat (inquit Augustinus) homo accipit. Item: Existit aliquis hereticus et dicit: Ego do, ego sanctifico, ego iustifico: nolo eas ad illam sectam.

Hinc ergo discimus dilecti fratres, quod homo quidem nobis ministret corporis et sanguinis Domini Sacramentum: sed ipse dominus Deusque noster Iesus Christus praebeat re et virtutem Sacramenti suis fidelibus in alimoniam uitae eternae. Ideo D. Lutherus supra dixit: CHRISTVS TIBI NON DAT VRIN MANVM, NON IN ARCAM, NON IN SVNVM, NON IN OS: Item NEQUE ALIA RATIONE

Tract. 14.
in Iohan.

Tract. 13.

TIONE QVAM CORDE POTERIS IPSVM
SVSCIPERE. Notauobis est uox Baptiste di-
centis: Ego baptizo nos aqua. Qui autem post me
uenit, ipse uos baptizabit Spiritu sancto & igne.

Hinc discimus (teste Diuo Hieronymo) quod homo In Esa. ca.
tantum aquam tribuit, Deus autem Spiritum san- 4. Cum ab
luerit.

Etum, quo sordes ablauuntur, & sanguinis peccata
purgantur. Id indicat etiam Simon ille à Philippo Hiero. in
baptizatus, ut legimus in Actis Apostolicis, qui Spi episto. ad
ritum Sanctum non habebat. Multa in hanc senten Galat. 3.

tiam à Diuo Augustino literis mandata extant de
Trinitate lib. 15. cap. 26. & lib. Questionum 3.

Quest. 84. ubi sic ait: Aduertendum est quoties
dicit, Ego Dominus qui sanctifico eum, loquens de
sacerdote, cum hoc etiam Moysi dixerit, Et sancti-
ficabis eum. Quomodo ergo & Moses sanctificat
& Dominus? Non enim Moses pro Domino, sed
Moses uisibilibus Sacramentis per ministerium su-
um, Dominus autem inuisibili gratia per Spiritum
Sanctum, ubi est TOTVS FRVCTVS, etiam uisi-
bilium Sacramentorum. Conuenit his testimonium Libr. 2. de
Didymi Alexandrini sic dicentes: Spiritus Sanctus Spiritu S.

consolator à filio mittitur, non secundum Angelos

rum, aut Prophetarum, aut Apostolorum minister-

rium: sed ut mitti decet à sapientia & ueritate.

Hinc sequitur irrefragabiliter, quod ait Beatus

Cyrillus: Non enim possibile est Deum, qui super

In lib. qd^o
creataram est, per creaturam in nostrum domici- Spiritus S.
lium indui. Habetis igitur Christiani lectores, fit Deus.

perfectam confirmationem quatuor articulorum

de Cœna Domini et sacro ministerio Verbi, de quo
Paulus Apostolus præclarè dixit: Ego plantau, Apollos rigauit: sed Deus dedit incrementum, Ita que neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat: sed qui dat incrementum Deus. Hec est doctrina Apostolica, quam tenuerunt sancti Confessores & Martyres, quam tradiderunt probatissimi Doctores: quomodo fidem eorum possumus denegare, quorum uictori am prædicamus! Mandatum est immutabile pertinens ad omnes homines, ut singuli fiant membra et ciues eius Ecclesie, quam isti nobis commendarunt. Hec est enim dominus Dei uiuentis de qua scriptum est Psal. 26. Vnum petij à Domino, hoc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus uite meæ, ut uideam uoluntatem Domini, & uisitem templum eius. Item Psal. 91. Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebunt. Omnes autem pie docti semper confessi sunt, extra hanc domum & Ecclesiam non esse salutem, & Christus inquit Matth. 13. Qui non congregat mecum, dispergit. Item: Qui confessus fuerit me coram hominib. cōfitebor cum et ego coram patre coelesti. Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter, hoc est, qui aut sciens cedit hostibus Euangeli, imbecillitate animi: aut qui sophismatum prestigijs inuoluit ueritatem, & confirmat errores. Quisq; igitur (auxiliante Christo) in sua uocatione modis omnib. det operā, ut relictis prauis opinionib. & errorib. horrendis in hac domo & Ecclesia Dei uiuenitis inueniatur, Amen.

Ne

NE Christianis lectoribus uacue exhiberen
tur sequentes pagellæ, præclara quædam
orthodoxorum Patrum testimonia insti-
tuto nostro conuenientia subiecimus. Hic enim la-
tius ostenditur, opinionem illam, quæ dicit: **Q**uod
uerum & naturale corpus Christi corporeo edam
tur ore, contra mentem Christi spargi ac doctri-
suggestore spiritu maligno.

Chrysostomus in Matth. cap. 26. hom. 83. uerba
Cœnæ explicans: Accipite & comedite, Hoc est
corpus meum, &c. sic interrogat: Quomodo tur-
bati non fuerunt, cum hoc audissent? & respondet:
Quia multa iam & magna de hoc ante differuit. Ioan. 6.
Quapropter nec illud quod iam crebro percepe-
rant, confirmauit. Et non multò post addit Chry-
sostomus: ipse quoq; babit ex eo, ne auditis uerbis
illis dicent: **Q**uid igitur sanguinem bibimus &
carnem comedimus? ac ideo perturbarentur. Nam
& quando prius de his uerba fecit, multi solummo-
do propter uerba scandalum passi sunt. Ne igi-
tur tunc id quoque accideret, primus ipse hoc fe-
ci, ut tranquillo animo ad cōmunicationem my-
steriorum induceret. Docemur hic à Chrysostomo
non fuisse perturbatos Apostolos, quum audirent
Dominum dicentem: Accipite, edite, hoc meum
est corpus, quod iam ante edocti fuerant, quomo-
do quod dicebatur intelligi oportuit, uidelicet cum
alijs scandalum perpetris, ut est apud Ioannem, &
dicentibus: Durus est hic sermo, mansisset ipsi ac Ioan. 6.

didicissent: Spiritus est qui iuuificat, caro non prodest quicquam, Verba que ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt, id est, ut idem Chrysostomus ibidem exponit: spiritualiter intelligenda sunt, qd' ipsum factum suo confirmauit Dominus, quem ipse eundem cum illis panem ederet & uinum biberet, ne quid humile aut uulgare cogitarent, sed placidis animis ad mysteriorum cogitationem inducerentur. Hec ex Chrysostomo conferantur cum loco ex Antecedentibus & Consequentiis in Methodo mea, numero 12. et magis patefiet inuicta ueritas, quam huc usque adseruimus.

Gregorius Nazianzenus in oratione de Paschæ te sic loquitur: Cæterum Paschæ fiamus particeps, figuraliter adhuc, et si Pascha hoc ueteri sit manifestius. Siquidem Pascha, audenter dico, figura erat obscurior, at paulò post illo perfectius & manifestius fruemur, cum filius uerbum ipsum biberit nobiscum in regno patris nouum, reuelans ac docens, que nunc modice demonstrauit. Hic Nazianzenus Eucharistiam Pascha manifestius appellauit legali Paschate, adhuc tamen figuram, nempe illius, quo manifestius & perfectius fruamur in regno Patris.

Cyrillus in Iohann. lib. 4. cap. 22. exponens haec uerba: Hoc uos scandalizat, &c. scribit in hunc modum: Ex imperitia multi qui Christum sequuntur, uerba ipsius non capientes perturbabantur. Nam cum audissent: Amen, amen dico uobis, nisi comederitis carnem filij hominis, & biberitis eius

eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, ad
immanes ferarum mores uocari se à Christo ar-
bitrabantur, incitariq; ut uellent crudas hominis
carnes manducare, & sanguinem bibere, quæ uel
AVDITV HORRIBILIA SVNT. Nondum e-
nim mysterij huius formam & dispensationē pul-
cherrimam cognouerant.

Theophylactus in Iohan. ca. 6. super hæc uera
ba, Durus est hic sermo, quis potest cum audire,
&c. sic ait: Vide insipientiam illorum, nam dcbe-
bant interrogare & discere ea quæ ignorabant.
At illi resiliabant, & nihil spiritualiter expone-
bant, sed omnia ut uidebantur. Nam quid carnem
audierant, putabant quod eos cogeret carnis &
sanguinis fieri deuoratores.

Nos autem spiritualiter intelligimus, neq; car-
nium uoratores sumus, & sanctificamur per ta-
lem cibum. Certa est Theophylacti sententia, fi-
deles in Sacramento carniuoros, ut ita dicām, non
esse, ut litera sonat: sed spirituali-
re qui, hoc est, seruata panis & ui-
ni specie, uirtutem carnis &
sanguinis à fideli-
bus accipi.



D I M E T R I

authoris.

Nunc ueritati uanitas
Cedat, tenebræ lumini,
Doctrina CHRISTI cœlitus
Emissa fallit neminem.


Inuentus ut scholastica
Vitet prioris seculi
Nugas & errores, Dei
Sermone debet imbui.

Cœlestis hoc pastor modò
Sparsas oues recolligit,
Hoc præuio, desiderant
Omnes pij concordiam.

Hoc mater est Ecclesia
Prognata primum semine,
Diuitius quod edita
Scriptura nobis indicat.

Inanis est mortalium
Quæcunq; conspiratio,
Quam non regit sermo Dei
Manens per omne seculum.

L A V S O P T . M A X .
C H R I S T O .



l. gallo n. 2

111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

Letit dicit in mortali capite
victus ipsi ut peccata
et latiorum similes
nominat. Et hoc dicitur
Ego in te oculorum tuorum regnabit.

684. 1.

inum in dñe in gloria in eternitate
ab origine eternitatis ad finem eternitatis
cum aliis spiritibus sanctis in gloriam
in gloriam regnum dei et regnum patrum
in regnum pietatis et misericordie. Et hoc
est in dñe Iesu Christo nostro domino
qui est regnus eius in secula seculorum.
Hoc dñe in secula seculorum. Amen.
Hoc dñe in secula seculorum. Amen.
Hoc dñe in secula seculorum. Amen.
Hoc dñe in secula seculorum. Amen.

In nomine regni tui. Amen. In
nomine regni tui. Amen. In nomine
regni tui. Amen. In nomine regni tui. Amen.

Regnum tuum veniat. In nomine regni tui. Amen.

21 Au 64

